UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum heretici sint tolerandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

intellectus ex cõſenſu uolũtatis, & clare uidebit, ꝙ conſentiẽs non ſolum opinioni contrarię fidei: ſed ẽt dubio de certa ꝓpoſitione fidei, cognitio ꝙ certo ſpectat ad fidẽ, eſt infidelis, & cõſequenter hæreticus, ſi erat Chriſtianus. Nihil.n.eſt in genere niſi mediante ſpecie.
¶In eodem 2. artic. in rñſione ad idem tertiũ, aduerte, ꝙ authoritas uniuerſalis Eccleſiæ, determinatiua de fide principaliter reſidet in ſummo Põtifice: quod intellige in quantum ſummus Pontifex eſt, quia ſic, & non ut ſingularis ꝑſona, a Deo gubernatus in his, quæ ſunt fidei: ita ꝙ nõ poteſt determinare contra fidem: & propterea nec Hiero. nec Augu. ſniam ſuam contra hmõi determinationẽ defendit. Et hinc habes quantum caue re debes a Panor. extra, de elect. in capit. ſignificaſti, uolente quod magis doctoris, q̃ Papæ ſententię in his, quæ ſunt fidei, ſtandum eſt. Vere oſtendit illud, quod medicorum eſt.
Hæc autem in tractatu, quem de comparatione authoritatis Papę, & cõcilij ſecimus, magis oſtendimus.

Art. præce. & q. art. 6. ad 1. & 2. art. 5.

prauumve, quid ſapiunt, ſi correcti, vt ſanum rectumq; ſapiant, reſiſtant contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defendere per ſiſtunt, hæretici ſunt: ſed peſtifera, & mortifera dogmata nõ ſunt niſi illa, quæ opponuntur dogmatibus fidei, per quam iuſtus viuit, vt dr̃ Rom. 1. ergo hæreſis eſt circa ea quæ ſunt fidei, ſicut circa propriam materiam.

Respon. Dicendum, ꝙ de hęreſi nunc loquimur, ſecundum ꝙ importat corruptionem fidei Chriſtianæ. Non autem ad corruptionem fidei Chriſtianæ pertinet, ſi aliquis habeat aliquam falſam opinionem in his quæ non ſunt fidei, puta, in Geometricalibus, vel in alijs huiuſmodi, quæ omnino ad fidẽ pertinere non poſſunt: ſed ſolũ quando aliquis habet falſam opinionem circa ea, quæ ad fidem pertinent. Ad quam aliquid pertinet dupliciter, ſicut ſupra * dictum eſt. Vno modo directe, & principaliter: ſicut articuli fidei. Alio modo indirecte, & ſecundario: ſicut ea, ex quib. ſequitur corruptio alicuius artic. Et circa vtraque poteſt eſſe hæreſis eo modo quo & fides.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut hæreſes Iudæorum, & Phariſæorum erant circa opiniones aliquas ad Iudaiſmũ vel ad Phariſiam pertinentes: ita etiam Chriſtianorum hæreſes ſunt circa ea quæ pertinent ad fidem Chriſti.

Ad secvndvm dicẽdum, quod ille dicitur aliter exponere ſacram Scripturam quàm Spirituſſanctus efflagitat, qui ad hoc expoſitionem ſacræ Scripturæ retorquet, quod contrariatur ei quod eſt per Spiritum ſanctum reuelatum. Vnde dicitur Ezec. 13. de falſis prophetis, qui perſeuerauerũt confirmare ſermonem, ſcilicet per falſas expoſitiones Scripturæ. Similiter etiam per Verba, quæ quis loquitur, ſuam fidem profitetur: eſt enim confeſſio actus fidei, ut ſupra * dictum eſt. Et ideo ſi ſit inordinata locutio circa ea, quę ſunt fidei, ſequi poteſt ex hoc corruptio fidei. Vnde Leo Papa in quadam epiſ. ad Procerum Epiſcopum Alexãdrinum, dicit quod inimici Crucis Chriſti omnibus factis, & verbis noſtris inſidiãtur, ut ſi vllam illis vel tenuem occaſionem demus nos: Neſtoriano ſenſui ẽt congruere mentiantur.

Q. 3. art. 2.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſicut Aug. dicit * & habetur in Decre. 24. q. 3. cap. Dixit Apoſt. Si qui ſententiam ſuam quamuis falſam atq; peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem tota ſolicitudine veritatem corrigi, parati cùm inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi: quia ſcilicet non habent electionẽ contradicentem Eccleſiæ doctrinæ. Sic ergo aliqui doctores videntur diſſenſiſſe, uel circa ea quorum nihil intereſt ad fidem, vtrum ſic uel aliter teneãtur, vel etiam in quibuſdam ad fidem pertinentibus, quæ nõdum erant per Eccleſiam determinata. Poſtquam au-

Aug. epi. 162. in princ. illius, to. 2. Et habetur 14. q. 3. cap. Dixit Apoſt.

F tem eſſent authoritate vniuerſalis Eccleſi… nata, ſi quis tali ordinationi pertinaciter… ret, hæreticus cenſeretur. Quæ quidem… principaliter reſidet in ſummo Pontifice… enim * 14. quæſt. prima. Quotiens fidei… tilatur, arbitror omnes fratres noſtros, &… pos non niſi ad Petrum, ideſt, ad ſui nomi… ritatem referri debere. Contra cuius auth… nec Hieronymus nec Auguſtinus nec ali… rum doctorum ſuam ſententiam defend… dicit Hieronymus * ad Damaſum Pap… eſt fides Papa beatiſſime, quam in Cath… cimus Eccleſia, in qua ſi minus perire aut… te forte aliquid poſitum eſt, emendari cup…
G qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si autem… ſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio… tur, quicunque me culpare voluerit, ſi… vel maleuolum, vel etiam non catholicum… hæreticum comprobabit.

Articvlvs III.

Vtrum hæretici ſunt tolerandi.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd hæretici ſint tolerandi. Dicit enim Apoſtolus 2. ad Timoth. 2. Seruum
H Dei oportet manſuetum eſſe, cum modeſtia corripiẽtem eos, qui reſiſtunt veritati, ne quando det illis pœnitentiã Deus ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a laqueis diaboli: ſed ſi hæretici non tolerantur, ſed morti traduntur, aufertur eis facultas pęnitendi: ergo hoc videtur eſſe contra præceptum Apoſt.

¶ 2 Prẹt. Illud quod eſt neceſſariũ in Eccleſia, eſt tolerandum: ſed hæreſes ſunt neceſſariæ in Eccleſia. Dicit.n. Apoſtolus ad 1. Co-
I rint. cap. 11. Oportet hęreſes eſſe, vt & qui pobati ſunt, manifeſti fiãt in vobis. ergo videtur, quòd hęretici ſunt tolerandi.

¶ 3 Prẹterea. Dominus mandauit Matth. 13. ſeruis ſuis, vt zizania permitterent creſcere vſque ad meſſem, quę eſt finis ſeculi, ut ibidem exponit: ſed per zizania ſignificantur hęretici ſecundum expoſitionem ſanctorum. ergo hęretici ſunt tolerandi.

Sed contra eſt, qđ Apo. dicit ad Titum 3. Hęreticum ho-
K minem poſt primã, & ſecundam correptionem de vita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt.

Respon. Dicendum, ꝙ circa hęreticos duo ſunt conſideranda. Vnum quidem ex parte ipſorum. Aliud verò ex parte Eccleſię. Ex parte quidem ipſorũ eſt peccatum per quod meruerunt non ſolum ab Eccleſia per excõmunicationem ſeparari: ſed ẽt per mortem a mũdo excludi. Multò enim grauius eſt corrum-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pere fidem,per quã eſt aĩæ uita, q̃ falſare pecuniam,per quam temporali uitæ ſubuenitur. Vnde ſi falſarii pecuniæ, vel alii malefactores ſtatim per ſæculares principes iuſte morti traduntur,multo magis hęretici ſtatim, ex quo de hæreſi cõuincuntur,poſſunt non ſolum excõicari, ſed & iuſte occidi. Ex parte autem Eccleſiæ eſt miſericordia ad errantium cõuerſionẽ: & ideo non ſtatim condemnat, ſed poſt primam & ſecundã correptionem, vt Apoſtolus docet:poſtmodũ vero ſi adhuc pertinax inueniatur, Eccleſia de eius conuerſione non ſperans, aliorũ ſaluti prouidet, eũ ab eccleſia ſeparando per excõicationis ſentẽtiam: & ulterius relinquit eum iudicio ſæculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Hier.& habetur 24.q.3. Reſecãdæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a caulis repellenda, ne tota domus,maſſa, corpus, & pecora ardeant,corrũpantur,putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit,ſed quoniam nõ ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.

Ad ppimum ergo dicendum, ꝙ ad modeſtiã illã pertinet,ut primò, & ſecũdò corripiat̃. Quòd ſi redire noluerit, iã ꝓ ſubuerſo hr̃, vt pꝫ ĩ authoritate* Apo.inducta.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ vtilitas, quę ex hæreſibus prouenit, eſt præter intentionem hęreticorum, dum. ſ.conſtantia fidelium comprobatur, ut Apoſtolus dicit, & ut excutiamus pigritiam, diuinas ſcripturas ſolicitius intuentes,ſicut Augu.* dicit: ſed ex intentione eorum eſt corrumpere fidem, quod eſt maximi nocumenti.Et ideo magis reſpiciendum eſt ad id, quod eſt per ſe de eorum intentione, ut excludantur,quàm ad hoc,quod eſt pręter eorũ intentionem,ut ſuſtineant̃.

Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut habetur in Decr. * 24.q.4.aliud eſt excõicatio,& aliud eradicatio. Excõicat̃.n. ad hoc aliquis, vt ait Apo.vt ſpũs eius ſaluus fiat in die Dñi.Si tñ totaliter eradicẽtur ꝑ mortẽ hæretici, nõ eſt ẽt ꝯ mãdatũ Dñi: qđ eſt in eo caſu intelligendũ,qñ nõ poſſunt extirpari zizania ſine extirpatione tritici,ut ſupra* dictũ eſt,cùm de infidelibus in communi ageretur.

Articvlvs IIII.

Vtrum reuertentes ab hæreſi,ſint ab Eccleſia recipiendi.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ reuertentes A ab hæreſi, ſint omnino ab eccleſia recipiendi.Dr̃.n.Iere.3.ex perſona Domini. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me,dicit Domin⁹: ſed eccleſiæ iudicium, eſt iudiciũ Dei, ſecundum illud Deus.1.Ita paruũ audietis, ut magnum,neque accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. ergo ſi aliq̃ fornicati fuerint per infidelitatem, quæ eſt ſpiritualis fornicatio,nihilominus ſunt recipiendi.

¶ 2 Præt.Dominus Matth.18.Petro mandat, ut fratri peccanti di-B mittat non ſolum ſepties,ſed uſq; ſeptuagies ſepties, per quę intelligitur, ſecundum expoſirionem Hierony.* ꝙ quotieſcũque aliq̃s peccauerit,eſt ei dimittendum.ergo quotieſcunque aliq̃s peccauerit in hæreſi relapſus, erit ab Eccleſia ſuſcipiendus.

¶ 3 Præt.Hæreſis eſt quędam infidelitas: ſed alii infideles uolẽtes cõuerti,ab Eccleſia ſuſcipiuntur. ergo ẽt hęretici ſunt recipiendi.

Sed contra eſt,qđ * Decretalis, Ad abolendam,dicit, ꝙ C ſi aliqui poſt abiurationem erroris,deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim decidiſſe, ſęculari iudicio ſunt relinquendi. non ergo ab Eccleſia ſunt recipiendi.

Respon. Dicẽdum,quòd Eccleſia ſ̃m Dñi ĩſtitutionem,charitatem ſuã extendit ad oẽs non ſolum amicos,uerũ ẽt inimicos, & perſequentes, ſecundum illud Mat.5.Diligite inimicos ueſtros, bene facite his,qui oderuut uos. Pertinet ut ad charitatẽ,ut aliquis bonum proximi & uelit,& opere-D tur:eſt ãt duplex bonum. Vnum quidẽ ſpirituale.ſ.ſalus aĩæ, quod prĩcipaliter reſpicit charitas: hoc .n. q̃libet ex charitate dẽt alii uelle.Vñ q̃tum ad hoc, hęretici reuertẽtes quotieſcũq; relapſi fuerint,ab eccleſia recipiunt̃ ad pœnitẽtiã,ꝑ quã impẽdit̃ eis uia ſalutis.Aliud ãt eſt bonũ,quod ſecundario reſpicit charitas.ſ. bonũ tẽporale,ſicut eſt uita corꝑalis poſſeſſio mundana,& bona fama,& dignitas eccleſiaſtica, ſiue ſecula-E ris.Hoc.n.nõ tenẽtur ex charitate aliis uelle,niſi in ordine ad ſalutẽ ęternã & eorũ,& aliorũ. Vñ ſi aliq̃d de hmõi bonis exiſtẽs in uno impedire poſſit æternã ſalutẽ in multis,nõ oportet ꝙ ex charitate hmõi bonũ ei uelim⁹,ſed poti⁹ ut uelim⁹ eũ illo carere, tũ, q̃a ſalus ęterna ꝑferẽda eſt bõ tꝑali, tũ q̃a bonũ multorũ p̃fert̃ bõ unius Si ãt hęretici reuertentes ſemper reciperentur, ut cõſeruarentur ĩ uita, & aliis tꝑalibus bonis, poſſet

ad excommunicationem. Affert quoque ad hoc multa iura. Et quoniam allatorũ iurium, cùm multa quæ in principio pro ſe affert, tenens partem affirmatiuam indubitatam, vidiſſem, perſpexi eiuſdem minorem perſpĩcaciã, fultus nihilominus ratione ſolida,ex qua ſoluuntur omnes difficultates, deſtiti a perſcrutatione iuriũ, & Doctorum allegatorum. Duabus igitur diſtinctionibus in hac re vtere. Prima eſt de occulto, quod eſt duplex, quoddam per ſe, & quoddam per accidens. Occultum per ſe eſt quod ex ſua ratione ſibi uendicat non ſubeſſe cognitioni ſenſitiuæ, a qua incipit humana cognitio, ſecundum quam Eccleſia iudicat. Occultum uerò per accidẽs, quod licet ſenſui ſubiaceat, teſtem tamen, uel teſtes non habet. Secunda eſt de actu interiori, quod dupliciter exerceri poteſt. Primò ſolus, vt cum quis vult facere malum aliquod, vel odio habet aliquem, uel diſcredit, & huiuſmodi ſolum in corde ſuo. Secundò poteſt exerceri ut cauſa commiſſionis, uel omiſſionis exterioris, ut cum quis ex odio facit, uel omittit facere aliquid extra, ſiue illud extra ſit locutio, ſiue operatio quæcumque.

¶ Ex his ſiquidem ſumendum tibi eſt, ꝙ licet occultiſſima per accidens, & actus interiores, ut rationes exteriorum commiſſionum, uel omiſſionum, ſubiaceant Eccleſiæ iudicio, & cenſuris: occulta tamen per ſe, ut ſunt actus interiores ſoli ab eccleſiæ iudicio & cenſuris aliena ſunt. Et ratio eſt, quia homo uidet quæ parent: Deus autem intuetur cor, ut dicitur primi Reg. 16. Et propterea Apoſtolus prohibet horum iudicium, dicens primæ ad Cori. 4. Nolite ante tempus iudicare quouſq; ueniat Dominus, qui manifeſtabit conſilia cordium.

¶ Ex his autem patet primò, quòd hæreticus perfectiſſim⁹ in ſolo corde non eſt excommunicatus, nec aliarum iuris humani pœnarum reus. Si tamen peccatum hæreſis non ratione cenſuræ annexę, ut in proceſſu annuali Romanæ curiæ reſeruatur, ſed abſolute eſſet reſeruatum Papæ,uel epiſcopo, nó poſſet talis hęreticus ab inferiori abſolui: quoniam reſeruatio non eſt pœna,ſed negatio uel ademptio iuriſdictionis,qua ſuperior poteſt uti in quantumcumque occultis. Patet ſecundò, quòd ſi hæreticus in corde, exteriori aliquo opere, uel uerbo peccatũ ſuum exequatur, ſeu dicat, ſtatim eſt excommunicatus, etiam ſi nullus audiat,uideat,aut quomodolibet percipiat,niſi ipſemet: q̃a tunc hæreſis peccatũ non niſi per accidens eſt occultum Eccleſiæ.Per ſe enim habet, vnde poſſit ab Eccleſia ſciri,quia eſt peccatum exterius. Et propterea oportet confeſſores inquirere,cùm pænitentes tepidi in fide,q̃ uicti tentationibus conſentiunt contra fidem,occurrunt,an etiam ſecũ ſolus ore protulerit infidelitatem ſuam quando in illa erat.Patet tertiò, quòd cum prohibetur inquiſitoribus, quòd odio,uel amore &c. non omittant procedere contra hęreticos ſub excommunicationis latæ ſẽtentiæ pœna,non excommunicatur act⁹ interior ſolus, ſed actus exterior, puta, impoſitio, uel omiſſio ex interiori odio, vel amore procedẽs. Et ſimile eſt in aliis. Et in hoc decepta uidetur gloſa allata,q̃a non diſtinxit inter cor ſolum,& cor ut rationem extrinſeci: nec ĩter occultum per ſe,& occultum per accidens, ut nos fecimus.

Supr. illud uerbum Math.18.tom.9.

in Decret.l 5. ti.7.c.9.amc.